



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

PORTOGALLO (REGNO), *Oratio habita serenissimi Portugaliae Algarbiorum'que regis Sebastiani nomine, in Concilio Tridentino. Die IX. februarij M.D.LXII. Una cum responsione sanctae Synodi*, Riva del Garda, Pietro Antonio Alciati (Riva del Garda, Jacob Marcaria), 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 109

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/43>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T.C. 123

C.M.H. 147

Melchior Cornelius, Secretarius
Ducis, Secretus Regis Portugalliae.

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
2 -op
f
124

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2412543

D 2412536

5tc1
T 0-op f 109



ORATIO

HABITA SERENISSIMI PORTUGALIAE ALGARBIORVMQVE

Regis Sebastiani Nomine, in Concilio

Tridentino. Die IX.

februarij. M. D.

LXII.

VNA CVM RESPONSIONE

Sanctae Synodi.



RIPAE.

AD INSTANTIAM Petri Antonii Alciatis;

1562.



OLATIO

INSTITUTIONE
SACRAE THEOLOGICAE
ACCADEMIAE
S. MARCI
VENETAE
INSTITUTAE



MDCCCXXXIII
VENETAE



ORATIO

HABITA SERENISSIMI PORTUGALIAE ALGARBIORVM QVE

Regis Sebastiani Nomine, in Concilio

Tridentino. Die IX.

februarij. M. D.

LXII.



VM ad tuendam Christianae religionis integritatem, Sacrorum Conciliorum aequomodata semper fuerit auctoritas, his tamen nostris, post hominum memoriam, turbulentissimis temporibus, quibus et pietatis sinceritas tot est erroribus contaminata, et veteris disciplinae severitas omnium fere ordinum luxu, cupiditateque dissoluta, huius Sacrosancti conventus celeberritas sic omnibus de Christianae Reip.

salute cogitantibus necessaria visa est, ut non alia ratione sincera religio suae puritati restitui, collapsa morum disciplina instaurari posse videretur. Et quoniam singulari Dei Opt. Max. beneficio effectum est, ut tandem aliquando magno animorum consensu publicus universi Christiani

nominis conuentus Pontificia autoritate in hanc urbem indictus ageret
 tur, confidimus plane futurum, ut quam apud omnes Christianæ pacis
 studiosos expectationem commouit sacri huius, venerandique cæteris re-
 ligiosa maiestas & amplitudo, non modo, persanatis aliquot religionis
 uulneribus, impleat, sed ita superet. ut saucio, debilitatogue Christianæ
 Reipub. corpori omni ex parte medeatur. Nam si quis animo, atque cogi-
 tatione velit paulo altius repetere eas difficultates, quibus non solum nos-
 tra, sed superiori etiam memoria, Sacri Concilij progressio fuit interrump-
 ta, facile intelliget & tunc fuisse multa, quæ œcumenici Concilij splen-
 dorem obscurare, & eursum impedire uidebantur, & nunc fuisse nonnulla,
 quæ nisi constanti sua prudentia, & pia p'ane constantia Sanctissimus Pō.
 Pius III. superasset, non modo, quam hic hodie summa cum uoluptate in-
 tuemur, Christianæ Reipub. uiam sanæ, & suis omnibus propemodum
 membris expressam effigiem, minime haberemus, sed vix exiguum il-
 lius, obscurumque simulacrum cerneremus. Et aliorum quidem Pontificum
 stabilis, perpetuaque in promulgando, indicendoque Sacrosancto Conci-
 lio sententia, uehemens illorum studium erga Christianam Rempub. non
 obscure declarauit, & constantiæ, pietatisque laudem apud posteros illis
 conciliauit: qui nullis temporum asperitatibus perturbationibusque deter-
 riti, rem toties parum feliciter tentatum diuinæ sapientiæ consilij innixi
 sibi repetendam iudicarunt. Sanctissimi uero D. N. Pij III. Pont. &
 Apostolicæ dignitatis fastigio, & animi ornamenti uere Maximi, laudi-
 bus, nulla sane par ullo unquam tempore oratio poterit reperiri, qui, ut ex-
 cellens in Christianam Rempub. suæ unius curæ sollicitudinique di-
 uinitus traditam, studium testaretur, cum primum fuit Pontifex Max. de-
 claratus, ut quod salutari, auspiciatogue plane nomino pollicebatur, adhi-
 bita inueteratis Ecclesiæ malis medicina præstaret, in Concilij ce'brandi
 ratione, quo vno remedio omnium mentes ad sanitatem reduci posse uide-
 bantur, omnes suas curas cogitationesque ab ipso sui Pontificatus exordio
 collocauit. Cuius cum pios conatus & paternæ pietatis viscera prospice-
 rent hi, quos ille & nuncijs & amantissimis literis in hanc urbem ad œcu-
 menicum Concilium ce'brandum ad hortabatur, conuenerunt frequentes,
 ut uidemus, & ut speramus, non modo illius autoritate, sed huius etiam
 Sanctissimi Conuentus exemplo, ce'britateque incitati frequentiores: in
 dies conuenient, & huius Sacrosanctæ Synodi dignitatem sua pietate ma-
 gis illustrabunt. Quod si œcumenicorū Conciliorum autoritas sacrarum
 literarum monumentis non tam esset diserte comprehensa, quis tamen so-
 bris, sanæque mentis crederet, pio tot integerrimorum, Sanctissimorumque

præsum contentum sanctum dei spiritum defuissimum, qui in medio duo
 rum, triumve de pietate agentium, se promissis futurum i Cum vero
 tanta sit Sacrorum Conciliorum auctoritas, vt quæ in illis decernantur,
 pro diuinis oraculis excipiantur ab omnibus, qui sibi non facili per-
 suadeat in omnibus de Christiana Re'gione controversis, eam se ue-
 rissimam sententiam; quam tot patres matura ætate, spectata virtute,
 exactaque eruditione ornatissimi, comprobauerunt, & Reuerendissimi
 Illustrissimique Legati, diuina quadam sorte ad hoc munus electi, qui
 Pontificio nomine Sacro Concilio præfident, sua auctoritate confirma-
 verunt i Tame'si vero facile adducimur, vt credamus in eadem sententia
 ceteros pro sua pietate; & sapientia futuros, de nobis tamen possumus id
 constantius, apertiusque profiteri, qui ornatissimo uestro conspectu in tan-
 tam Christianæ Reip. sapientissimis uestris decretis constituenda expe-
 ctationem sumus erecti, vt nō modo uestra pietate existimemus fore, ut om-
 nes de religione controversiæ diuidentur, sed uestra etiam censoria seue-
 ritate omnium ordinum, Sacerdotumque præsertim, qui ceteris scientia,
 & vitæ integritate præluere debent, moros ad Euangeliæ sinceritatis
 normam dirigantur. Quæ qui sibi ex Sacro Concilio non pollicentur, aut
 quom vim habeant non perspicunt, aut cuius auctoritate nitantur, non
 intelligunt. Hos quidem fructus, aut vberiores etiam postulat a nobis
 Christiana Resp. hos expectat Sereniss. Princeps SEBastianus Portuga-
 liæ, Algarbicumque Rex huius nominis primus. Qui licet suum in Chris-
 tianam Rempub. studium satis vobis crederet perspectum, & cognitum,
 vt tamen suam erga Sacrosanctum Concilium obseruantiam illustriore tes-
 timonio declararet, ornatissimum virum, quem videtis, D. Ferd. Mar-
 tinez Mascarenum ad hoc Sacrum Concilium destinauit, non oratorem so-
 lum, sed pignus, obsidemque perpetuæ suæ erga Sacrosanctum Concilium
 obseruantia, & pietatis. Quanta vero curæ optimo religiosissimoque
 Principi fuerit, acumen huius Concilij ce'ebritas, & amplitudo, testa-
 ri apud vos poterunt non solum antistites Bracharensis, conimbricensis,
 Leriensisque, sacrarum literarum scientia, spectata pietate, & vitæ
 integritate insignes, qui se explicare celerius, & maturius in hanc
 urbem venire potuerunt, sed & qui constituti suarum Ecclesiarum ratio-
 nibus aderunt ex illius Regnis, & Dominij, quos omnes Christianæ
 pietatis studiosissimus Princeps accurate est per literas hortatus, ut quam
 diligentissime possent se ad maturam profectiōem componerent, ne uel
 iubenti, uolentiq. Summo Pontifici segnius parere, vel laboranti Ecclesiæ se-
 rius, q̄ cum eorū pietas tū periculi magnitudo postulabat, adesse viderētus.

Quae omnia a Serenis. Rege studiofissime sunt curata, partim vt sua
 erga Sacrum Concilium obseruantiae satisfaceret, partim etiam, ut Cla-
 rissimorum Portugaliae, Algarbiorumque Regum maiorum suorum reli-
 gioni, pietatique responderet. Quorum res fortiter, & feliciter gesta
 ita semper fuerunt cum publica Christianae religionis utilitate, & di-
 gnitate coniunctae, vt tot, defusis, profligatisque Barbaris Regibus,
 victoribus, tot direptis expugnatisque hostium oppidis, tot arcibus in
 aduerso Numidia, Cetuliaeque litore ad comprimendam Barbarorum
 audaciam, erectis, non tam sui Imperij fines proferre, quam Chri-
 stianae Religionis gloriam propagare voluisse videantur. Incitabantur
 ille quidem Regij animi excellenti magnitudine, sed ad nativam insti-
 tamque eorumque propensionem accedebat acutus ille, quem Alfonso
 primus Portugaliae Regni conditor, & auctor posterorum Regum ani-
 mis impressum reliquit. Quod si apud Clarissimos Portugaliae Reges
 tantum ualuit exemplum perpetua quaedam serie uelut per manus tra-
 ditum, quid vos, Amplissimi Patres, expectare par est a Serenisimi
 Regis Sebastiani animo, quem non solum superiorum Regum Illustris
 exempla, sed recens, spiransque ad huc Emanuelis proauis, Ioannisque
 Tertij cui memoria ad prouehendam religionis studium vehementius ac-
 cendit? Quomodo enim potest uel Emanuelis Regis pronepos non isdem
 vestigijs insistere, uel Ioannis Optimi, maximique quondam Regis
 nepos, cognita ab omnibus propemodum, qui hic adestis; illius pie-
 tatis exempla, minime conseruari? Quorum illae subiectis Apostolicae
 sedis Imperio, tot in Oriente Regnis Prouincijs, Barbarisque nationi-
 bus, eius gloriam longe; lateque illustrauit. Hic uero non modo su-
 bactor ab Emanuele felicissime recordationis Rege patre suo populos
 in officio, fideque continuit, sed etiam studio auaritiaque perfecit,
 vt repudiato nephario inanium simulacrorum cultu, Christianae reli-
 gionis pietate imberentur, & nostrae disciplinae sacra, moreque li-
 benter sequerentur. A quo propagandae latius nostrae religionis cur-
 su, cum partim finitimorum Africae Regum infestis excursionibus, par-
 tim magnis a Solymano ad euertendum nostrum in Oriente Imperium
 missis classibus subinde interpellaretur, illorum quidem audaciam, te-
 meritatemque, grauissimis illatis damnis, repressit. Huius uero nauales
 copias in ipso Dij, Florentissimae totius Cambaiae Regni uerbis conspectu,
 ita oppressit, ut Solymanus purpuratorum Satraparum apud Barba-
 rum & immanem Tyrannum gratis & autoritate longe maximus, qui
 Clasi summo cum Imperio praerat, multis depressis triremibus, lace-

1539

ris, truncatisque nauigijs egre fit fuga salutem consecutus. Quae ideo
 breuiter, cursimque a nobis sunt commemorata, Patres Amplissimi,
 non modo ut intelligeretis quanto suorum periculo, & sumptu suo,
 Clarissimi, proferendaque latius Christianae Religionis studiosissimi Por-
 tugaliz Reges, non in opposita nobis Africa solum proximis, sed in
 Asia etiam remotissimis disiunctissimisque prouincijs grauissima, periculo
 fissimaque bella susceperint, quaque ea uel animi magnitudine gesse-
 rint, uel constantia, foelicitateque confecerint, sed etiam ut cognos-
 sceretis, eandem erga Sanctam Sedem animum, idem ad Christianam
 Religionem amplificandam, propagandamque, studium, eandem erga
 hoc sacrum Concilium obseruantiam, eandem denique pietatem expe-
 ctandam a Sereniss. Rege Sebastiano. & regia praestantissima in doctis
 significatione ad excellentes omnes virtutes propensa, & domesticis
 imaginibus, Clarissimorumque Regni Illustribus exemplis incitate.
 Qui, quod Sanctissimo Pontifici, literis est pollicitus hodie cumulate
 praestat, suumque ad illustrandam huius Sacrosancti Concilij celebrita-
 tem, studium, uobis Amplissimi Patres, hodierna die per D. Ferdin-
 andum Martinez Mascarenium suum Oratorem, Virum non solum an-
 tiqua generis nobilitate, & familia, multis Asiae, Africaeque triumphis
 insigni, sed fide, integritate, caeterisque ornamentis longe praestantem
 effuse pollicetur. Sperat autem fore, ut quoties cum de publicis Chris-
 tianae Religionis, atque disciplinae tum de priuatis negotiis nostrarum
 Ecclesiarum quae singulari Dei Opt. Max. beneficio, nec ab Ecclesiae
 Romanae caeterum parentis & magistrae obseruantia deflexerunt,
 nec a ueteri, receptoque semel, cultu recesserunt apud uos il-
 lius Orator agere uolet (quod pro sua prudentia non
 nisi necessarijs, aut grauibus certe causis im-
 pulsus faciet) uos, cognitis Serenissimi
 Regis mandatis, eum pro ue-
 stra humanitate be-
 nigne exci-
 piatis.



121324

RESPONSVM SANCTAE SYNO-
DI, DATVM ILLVSTRISS.
ORATORI SERENISSI-

mi Regis Portugaliae in eius
comparitione.



ILLVSTRISSIMVS D.Orator. Mandatum
et literae Serenissimi Portugaliae Regis, quae mo-
do a Dominatione vestra exhibitae in hoc sacro loco
recitatae fuerunt, nec non ea, quae ornatissimis Ora-
tione exposita sunt, huic Sanctae Synodo iucundissim-
um nuncium attulerunt, cum declararent eximiam
quandam, ac perpetuam clarissimorum Portugaliae
Regum, ac praecipue Serenissimi Sebastiani Regis in
Deum pietatem, insignem in Remp. Christianam stu-
dium, ac summam erga hunc oecumenicum, et Cene-
rale Concilium, obseruantiam, licet nihil noui huic
Sanctae Synodo allatum sit. Nemo enim est cui compertissima non sint
praecleara Regum Portugaliae facinora in Christiana Religione, veraque
Christi fide in Orientis partibus propaganda. Non minor tamen Maie-
stati suae, maioribusque iuris piissimis, et Clarissimis Regibus laus et glo-
ria hac tempestate debetur, quod in his calamitosjs temporibus, tot diffi-
dijs, totque in Ecclesia exortis, haeresibus, Regna et Ditionem suam in
Orthodoxa fide, Ecclesiaeque Catholicaeque vnitatem (vti vere Christianos
Principes decet) semper conseruauerint, quam in Barbaris, et idololorum
cultui deditis Nationibus ad veram religionem traducendis.

Quamobrem haec Sancta Synodus Deo, et Patri Domini
nostri IESV Christi meritis de his omnibus gra-
tias agit, Dominationemque vestram, tum ipsius
Regis causa, tum et singulari eius pruden-
tiam, ac sanguinis splendorem, grato ac
beneuolo animo recipit. Regium
vero mandatum, quan-
tum de iure de-
bet, admittit.



12793

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
O
op. f
109

Misc. I. c. 123

13

128



xrite

colorchecker



MSCCPPCC0613

mm

POR-
M'QUE
ONE



AD INSTANTIAM Petri Antonii Alciatis;

1562.